

Panor. super secunda Primi.

de renun. c. nisi. §. personæ, & vide, q. no. qui fil. sint legi. c. p. venerabilem.

S V M M A R I V M.

Ordo clericalis, an sit dignitas.

C A P. III.



Olibentius. Manumissus ab ecclesia, ut fiat clericus, & perpetuo illi seruiat in diuinis, ad aliam ecclesiam se transferre non potest, secus si pure fuerit manumissus, ut seruiat. hoc dicit. Sunt duæ partes. Secunda ibi, in quo Casus literalis. Aliquis filium suum obtulit ipsi ecclesie, a qua libertatem ipse fuerat consequutus, ut in ipsa ecclesia domino deseruiret in ordine clericali. queritur, utrum post aliquod tempus possit ecclesiam illam dimittere, & ad aliam se transferre? papa hic distinguit. Vtrum eo tempore fuerit manumissus, & oblati ordini clericali, ut in ea dum vixerit debeat deseruire diuinis officiis, & tunc ad aliam ecclesiam se transferre non possit, vel vtrum absolute fuerit manumissus, & tunc possit licite ad aliam se transferre. B. not. i. q. seruos ecclesie possunt presentes presentare ad ordines de consensu ecclesie patronæ, vel conuientia, dum tamē ea conditione tradantur, ut ecclesie patronæ deseruiant in diuinis. No. ii. quod potest dari libertas sub conditione, ut seruiat quis in diuinis, vel ut clericetur. No. quod paria sūt tradere sub tenore isto, vel sub conditione ista, aut sub modo isto. No. iii. quod si serus manumittitur, ut ad ordines p. moueatur, aut est actum, ut in eadem ecclesia debeat seruire, & non potest ad aliam transfere, aut nil est actum, & transfere potest. Opp. ii. q. tradi non potest libertas sub conditione, ut seruiat ecclesie, vel ordinem suscipiat, ut patet. i. q. ii. c. quam Pio. Prima sol. sub conditione non potest tradi temporale pro spirituali, ut ibi, sed sic sub modo. No. gl. que est falsa, contra tex. ut eccl. benefi. c. vno. Secunda sol. conditio vel modus, qui sonet in conditionem, non potest apponi, & ditio autem vel modus, qui sonet in monitionem, sic. ut patet. sup. de ele. c. significasti, ff. de tute. l. muto. §. sub conditio. Vel tertio sicut sponsalia possunt contrahi sub conditione, ut fidem christianam recipiant. xxviii. q. i. c. nō oportet, vel ut vitā corrigat, de sponsa. c. inter opera, ita potest quis manumitti, ut ordinem recipiat, ut hic. Vel quarto libertas est, qd spirituale, quod potest venire in commutatione cū alio spirituali. Dic ergo, q. hęc conditio vel modus, ut detur spirituale pro spirituali, non est illicitum, ut hic est casus, si autem detur temporale, ut subiectum, sub quo debet creari spirituale, ut in vi modi remoueatur qualitas, ex qua subiectum habilitatur ad spirituale, hoc est licitum, sicut dare libertatem, ut ibi creetur ordo, quia hoc inesse uidetur. Itē ut dicit Innocen. nec plus per viam retentionis, quam per viam collationis sub pacto, vel modo factum est, ad hoc infra de relig. dom. ca. constitutus. Quæro p. intellectu literæ in secundo membro distinctionis, quando dicatur absolute traditus libertati, & oblati? Sol. vno modo intelligit, q. absolute. i. absque pacto, ut ecclesie seruiat, & tunc stat proprie conuientia, sed hic non congruit membrum questionis, quia queritur demum, quando fuit traditus sub pacto, ut seruiat ecclesie. Secundo modo intelligitur, ut fiat differentia an manumittat, ut perpetuo seruiat ecclesie, & procedit prima pars, an absolute. i. temporaliter, vel simpliciter & procedit secunda pars, & est argumentum, q. indefinita æquipollet vniuersali. Secundo per decre. arguunt Docto.

Tq. clericalis ordo est dignitas, quia malitia est, ad idem. inf. ti. ii. & iii. Sic & aduocatus nobilitat officium suum, C. de adu. diuer. iu. l. aduocati. sed hic miles Imperatoris est Christi. xl. di. cap. ante omnia. Quid est dicere conuientia? dicit Docto. quasi dissimulatio. i. quasi qdam tacitus consensus, ut videant, & sciant, & non contradicant. liii. dist. cap. si seruus. hic ponitur pro consensu, quod videtur probare textū, ibi, assequentes.

C A P. VII.



Miramur. Ius, quod est de seruo facto diacono, etiam de subdiacono debet intelligi. hoc dicit primo de iure narrat factum. Secundo diffinit, & soluit. Secunda, ibi, De subdiaconali. Casus literalis. Aliquando serui ordinant sine licentia dominorum suorum. queritur fuit a papa qualiter isti sic ordinati debeant in seruitute, vel non, reuocari? papa miratur de hac questione, cum certus sit modus, quomodo debeant, vel non debeant in seruitutem reuocari. Veruntamē

de ordine subdiaconali, cum nulla de eo sit mentio in decretis, dicitur q. ille ordo eodem priuilegio gaudet cum diaconali, quia licet olim non reputaretur sacer in primitiua ecclesia, tamen a tempore Gregorii, & Urbani, & secundum tempora modetna reputatur sacer. B. No. i. q. ordo subdiaconatus hodie factus est sacer, ideo extensiuam a se recipit extensionē omnium iurium de gradu sacro loquentium, & sic contractus translatus ad qualitatem certi gradus recipit extensionem omnium iurium de gradu loquentium. & sic habes vnam reg. hic in materia extensionis, facit quod no. glo. in c. cum in cunctis. de ele. ad hæc, de æra. & qua. capi. a multis, & l. i. §. iii. ff. ad leg. Falcid. Et inf. continet, quod seruus igno rante domino factus subdiaconus, licet vellet se redimere ad instar diaconi, tamē domino fuerat restitutus, & hoc est de quo papa miratur. Oppo. cum glo. quod fiat mentio in canonibus antiquis de subdiacono. liiii. di. c. ex antiquis, versu. reli qua vero officia. Sol. de subdiacono non fit mentio inter dispositiones concernentes ordinem diaconalē, & sacros, sed bene inter dispositiones concernentes minores ordines, iō communi iure inferiorum ordinum olim cētebat ordo subdiaconalis, & all. multa iura. lx. dist. c. nullus in episcopatu. & in c. præcedenti. in quibus ad episcopatum promoueri p. hibent omnes post diaconatus ordinem, & sic existentes in ordine subdiaconatus censebant de iure minorum ordinū, ideo olim subdiaconus, si promotus fuerat domino ignorāte, reuocabat in seruitutem, hodie seruat in eo illud ius, qd seruat in existente in sacris ordinibus inter cetera dicit glo. quod debet dare vicarium pro se. Quid autem si non heat? no. in capi. ex antiquis. liiii. dist. Et nunquid in hoc fiat simonia? & ibi dicit, quod non, quia hic non fuit transactum super ordine, sed super seruitute, vel libertate, seu seruo, quo licet, ut xxxvi. q. i. c. de raptori. nec magis committit simonia, quam si quis emerit ecclesiam, no. in cap. generalis. 54. di. Vnde hodie etiam quo ad c. a multis. de æra. & qua. gaudet priuilegio ordinis sacri. Idem dicendum per c. præsul. 2. q. v. & idem dicit de manus impositione, sup. de sacra. non ite. ca. i. per Host. qui dicit mirandum, si quis dicat oppositum. Vlt. Docto. dicunt istos duos ordines, exceptis specificis prohibitis, in omnibus adæquari in onere, & priuilegio de onere patet, quia vterque tenet ad horas, de cele. mis. c. i. ubi de hoc. vterque continere tenet, de cle. cōi. c. i. & ii. & a postulo salario abstinere. de post. c. i. patet ex no. de et. & qua. c. in decorum, ex eo, q. vterque eligi, de æra. & qua. c. a multis, & redimit, ut hic fin. Host. qui per hoc no. q. manus impositionem recipiat subdiaconus, & de hoc uide quod not. de sac. non ite. c. i. super gl. ii.

A D D I T I O.

Factus est sacer. No. Car. in clemen. fi. de æra. & qua. & obligat ad continentiam, tanquam sacerdotium, etiam si temerarie fuerit alicui intra pubertatem collatum, ut nota glo. & idem Cardina. in alle. cle. fi. & gl. i. q. i. c. pueri. Zic.

C A P. VIII.



Dilectus. Natus ex parte seruo, & libera matre liber est, & licite promouetur. h. d. sunt duæ partes. Prima ponit querelam. Secunda super ea dat iudicem. Secunda, ibi. Quo circa Casus literalis. Ioa. miles impediēbat Gul. diaconum ne ordinaretur in presbyterum, ea occasione, quia dicebat patrē ipsius diaconi hominem suum esse, quamuis mater ipsius libera esset. vnde ille diaconus hoc proposuit coram papa. vnde mandat episcopo Neapol. quatenus si prædicta vera sunt, militem ipsum compescat ab huiusmodi impedimento. B. No. q. natus ex seruo, & libera, liber est, quia sequitur conditionem matris, & non patris, ideo potest ad ordines promoueri. Opp. vel dices, q. hic est filius natus de legitimo matrimonio. & debet sequi conditionem patris. 32. q. 4. c. li. beri. vel dices, q. est natus de illegitimo matrimonio, & tūc dato, q. sequatur conditionem matris, non debet posse promoueri ex eo, quia illegitimus est, de fi. presby. per totum. Solu. dicit glo. q. hic erat natus de legitimo matrimonio, tñ sequitur conditionem matris, C. de rei vend. l. partum. C. de lib. cau. l. placuit. c. autem contrarium loquitur secundū Longobar. cōsuetudinem, quæ adhuc seruat in multis regionibus. ut partus semper sequatur deteriorem conditionem, quando est natus ex legitimo matrimonio, sed leges rationi contradicunt, vel c. illud, liberi, potest reduci ad leges b. d. etas, ut quod ibi dicit, deteriorem partem sequitur. i. debi lio.